

CHRONICA GOTHORVM

Desumpta ex bibliotheca Alcobatia. et ex Monast.
 Sanctæ Crucis Conimbricensis, quamq; aponit D. Ant.
 Brandaonius ^{Monarchia} in Apendice 3^a partis Episcoporum
^{Bracharensum, lusitana.}

Era 349. Egressi sunt Gothi de terra sua.

Era 366. ingressi sunt Hispaniam.

De terra autem sua perueniunt ad Hispaniam per 17. annos.

Era septuagesima trigesima nona ^{alias} Era 749. expulsi sunt
 de Regno Hispania regnante Viciata.

Era 749. ^{alias} Era 750. Sarraceni Hispaniam adepti sunt reg
 nante Rodenico, ante quam D. Pelagius regnavit. Sarraceni
 reconauerunt in Hispania iannis quingente.

Era 764. Pelagius Fafilani Ducis filius regnavit annis 10.

Era 773. Fafilanus filius eius regnavit deobus annis et men
 sibus 6.

Era 776. Adelfonsus filius Petri Ducis regnavit annis 19.

Era 789. Frayla filius eius regnavit annis un decim. actus summa
 sibus. Alc. xi. mens. v. d. xx.

Era 806. Aurelius consobrinus eius regnavit annis 6. et men
 sibus 6.

Era 812. Sulo regnavit annis 9 et decimo vitam finiuit Al
 cob. annis octo mensibus 1. d. 1.

Era 821. Mauregatus regnavit annis 6. vitamq; finiuit.
 Alcob. regnavit ann. 9. mens. 9. alias mens. vii. Et adalunt
 sub vno sunt ann. LXXXI

Era 826. Bermudus regnavit ann. 3. hic sponte regnum
 amisit et sobrinum suum. Adelfonsum quem Mauregatus
 a regno exhereditat Regem fecit.

- Era 822. Adesfusus iste regnavit annis 52.
- Era 830. Ordonius filius Ramiri regnavit annis 7.
- Era 838. Ordonius filius Ramiri regnavit annis 16.
- Era 904 Adesfusus Ordonij filius regnavit annis 18. iste primo regni sui anno, & natiuitatis decimo quarto ab apostata Fruulano Galacia comite per firmaniam Regno priuatur, sed ipse Rex Castellam se contulit & non multo post eodem Fruulano Rege tyranno & insulto a fidelibus Rege Adesfusi Cuius interfecto idem gloriosus pater ex Castella recuperatur, in patris solio feliciter collocatur, qui ab initio sui regni semper inimicos victriarum fauorem semper habuit. Illius tempore innumerabiles Tomacelitarum exercitus ad Legionem venit Duce Almandarim filio Abrahama non Rege patre de Mahometis Rege Cordubensi, sed minus sibi nocuit quia ubi uenit iam ibi multa milia erant occisa, ceteris uero exercitus fugiendo euasit. Ipsius diebus alter exercitus in Borago est inuensus, sed Grahis sine nocamento Deo istius Regis est interem pater. Illud quoque etiam inimicorum terminos acquisiuit Rex iste, cepit namque Casturum quod dicitur Nasan, Antencam uero pacem acquisiuit, Conimbria ab inimicis possessam harematauit, & ex Gallis postea populauit, multa quoque alia castra sibi subiecit. Cuius tempore Ecclesia creuit, Regnumque ampliuuit: urbes quoque iste a Christianis populauit, scilicet Bracharensis, Portugalsis, Tuceensis, Uesensis, Emuicensis, & ceteras Lusitania limites gladio & fame consumptos usque Emeritam & maris littora harematauit, atque destruxit, permansit autem Regnum Hispanie Christianorum usque ad Almanzor anno 124.
- Era 1006. Tertio Calend. Iulij Almanzor Benamet cepit Celimbriam, & sicut a multis senibus audiuimus deserta fuit septem annis, postea reedificauerunt eam Hirmaelite & emulomenseam.
- Era 1028. Quarto Nonas Decembris, Almanzor cepit Montem maioris.
- Era 1033. Almanzor cepit Castellum de Aguilar, quod est in ripa Saufe in Portugalsi prouincia.

- Era 1046. 2. Non. Octobris occisus fuit Comes Menendus. 21770
- Era 1054. Octauo Idus Septembris uenerunt Normani ad Castellum Vermudis, quod est in prouincia Bracharenfi. Comes tunc ibi erat Aluis Nūnis.
- Era 1056. obiit Rex Donnus Adolphus Visco. Et in ipso anno obiit magnus Comes Nūnis Aluarez.
- Era 1072. Secundo Idus Octobris Gundisaluis Trastamiris cepit Montem maiorem, et rediit ad eum Christianis.
- Era millesima septuagesima sexta Calend. Septembris Gundisaluis Trastamiris occisus in Auencozo.
- Era 1083. Decimo Calend. Aprilis Rex Donnus Vermudo habuit victoriam de Mauris, pugnavit cum eis, et cepit ibi Regem eorum Cemia in villa Casperi in territorio Castellu S. Marie.
- Era 1085. obiit ipse Rex Vermudus.
- Era millesima nonagesima quinta Rex Donnus Fernandus cum coniuge sua Regina Donna Sancia cepit Lamecum tercio Calendas Octobris in festiuitate Sancti Saturnini lucescenti die Sabbathi.
- Era 1096. Quarto Calend. Augusti in die S. Cucufatis Rex Donnus Fernandus cepit ciuitatem Viscom, postea Ceisam, et S. Martinum de Mauris, et Trauancam, et Penaluam, atque cetera Castella Christianorum vicinatum per annos 8.
- Era 1102. Octauo Calend. Augusti feria 6. in vespera Sancti Christofori Rex D. Fernandus cepit Colimbriam.
- Era 1103. Rex Donnus Fernandus mortuus est, et septimo Cal. Ianuarij sepultus in Legionensi ciuitate.
- Era 1103. Sexto Calend. Decembris mortuus est Menendus Gundaluis vir illustis, et magna potentie in toto Portugali, filius Gundaluis Trastamiris.
- Era 1109. Decimo quinto Calend. Februarij Portugaleses commiserunt prelium aduersus Regem Donnum Garcia, fratrem Regis Conni Fernandi, habebantque tunc caput in ipso bello Comitem Nuno Menendiz, perijt ipse ibi, et cuncti alij sui fugerunt, obtinuit autem Rex de illis victoriam in loco qui dicitur Portalinu inter Bracharam et flumen Cauale

Era 1110. Occisus est Rex Sancius, filius Regis Donni Fernandi ad faciem Zamore ciuitatis, post cuius mortem frater eius Rex Donnus Alfonsus Regnum obtinuit Hispania, qui bellam multa exercuit annis multis aduersus Sarracenos Christianis nostris inimicos, alijs bellum dabat, ab alijs tributum accipiebat.

Era 1118. mense Septembris cepit eadem Rex Alfonsus Cauviam ciuitatem.

Era 1123. Octauo Calend. Junij Rex Donnus Alfonsus cepit ciuitatem Toletum, postea Talauram, cunctaq; Castella que sunt in Carpania pro uincia Carthagini, subiacentia Regia vrbis Toleti, que est Metropolis.

Era 1128. Rex Donnus Alfonsus magnum praelium habuit cum Rege Sarracenorum Iusef Bennamarim Transmarino ad faciem ciuitatis Bada Ioz in loco qui dicitur Sagalias, vbi unanimiter concurrerunt cum Rege nostro Christiani a partibus Alpes, multiq; Francorum in adiutorij ei affuerunt, sed Diabolo aduersante timor inuasit plurimos nostrorum, et fugerunt ex eis multa millia, nullo eos persequente, Rex vero fugae eorum inscius confidenter ingressus est praelium, in quo aderant omnes Sarraceni totius Hispanie armati, Iusef Bentaislam, quem sibi in Regem assumerant, necnon ipse Iusef multamillia Barbarorum transmarinorum, Moabitum, Arabumq; secum traduxerat, quorum numerum nec ipse eorum Rex, nec aliquis homo scire poterat, nisi solus Dominus.

Pugnauit itaq; Rex Donnus Alfonsus, et qui remanserant cum eo aduersus Sarracenos usque ad noctem, nullorum que inimicorum sustinens valebat eius presentem incursionem, sed se concludentes Sarraceni, interficiebant Christianorum multitudinem. In tantum vero Rex Castellum Sarracenorum, et ad eos inuasit, et interficiendo eos, et dispergendo huc, et illuc quousque peruenit ad locum, vbi Regis Iosephi tentorium fixum erat, atq; per circuitum magno valle vallatum, quem Rex dum acriter ex pugnaret, et fortiter inuadens insisteret, quidam suorum veniens hoc ei nuntiauit. Noueris Domine mi Rex quoniam interim dum tu hic pugnas, Sarracenorum insidie tua inuadunt castra, quo accerto, et assuit consilio accepto, Rex Regem Maurum reliquit, et ab eius tentorio discessit. Festinas ergo cum suis qui secum aderant, ad Sarracenos qui castra sua inuasent accessit, multosq; ex eis interfecit, et acadris fortiter ex pulsit.

Ibi qui dem multi corruerunt Christianorum qui remanserant congregati sunt ad Regem. Rex autem plagatus lancea cum nimium sciret propter fluxum sanguinis decurrentis a plaga, vice aqua propinauerunt ei vinum, quia a quam non inuenerant, unde Syncope passus, cum his qui secum aderunt reuersus est Cauciam, Sarraceni quoque reuersi sunt, vnusquisq; ad loca sua.

Era 1129. octauo Cal. Septembris obiit Muazil Dominus Signanensis.

Era 1131 Secundo Calendas Maij Sabbatis heronona, Rex Dominus Alfonso cepit ciuitatem Santarem anno Regni sui vigesimo octauo, mense 5. Sexto die mensis. & in eadem hebdomada pridie Non. Maij feria quinta cepit Vocabonam. post tertiam autem diem octauo idus Maij cepit Sindhiam, preposuitq; eis generum suum Comitem Dominum Ramundum maritum filie sue D. Vrrace & sub manu eius Suarium Menendai: ipse autem Rex reuersus est Toletum.

Era 1147. Tertio Cal. Julij obiit Rex D. Alfonso Rex D. Fernandus filius

Era 1147. mense Julio iterum capta fuit Sindhia a Comite D. Henrico genere D. Alfonso Regis. maritis filie sue Regina D. Tarasia. audienter enim Sarraceni mortem Regis D. Alfonso, ea perunt recedere.

Era 1148. factum est magnum in struicium supra Christianos qui ibant ad Santarem, in loco qui dicitur Vatalandi. Dum enim vellent ibi Christiani figere tentoria, & requiescere, cum subito ex improviso multitudine Sarracenorum, & Moabitaram, & Arabum audito numero eorum venerunt super eos repente, & imparatos eos inuenientes, interfecerunt ex eis plurimos, ibi q; mortuus fuit Suarius Fromanigis pater Domini Nuno Suariz, qui erat dux super eos, & Mido Cresconis pater Domini Ioannis Midez.

Era 1149. Rex Cyrus cepit Santarem Septimo Cal. Junij.

Era 1151. Natus fuit Infans Alfonso Comitis Henrici, & Regina D. Tarasia filius Regis D. Alfonso nepos.

Era 1152. Cal. Maij obiit Comes D. Henricus.

Era 1154 Castellum de Miranda a Sarracenis captum est, & magna caedes, & captiuitas in Christianis facta est.

Era 1194. Nonis Julij captum fuit Castellum S. Eolalie a Sarracenis, quod est situm sub Monte maior, & captus fuit ibi Didacus cognomen to Gallina, & magna captivitas Christianorum inde translata est, & etiam ultra mare.

Era 1199. Rex Sarracenorum Hali Ibonucef, veniens de ultra mare cum multo exercitu obsedit Colimbriam adiuuto simul & omni exercitu qui erat circa mare, quorum numerus erat innumerabilis sicut & renamaris soli Deo tantum cognitus erat, obsedit autem Colimbriam viginti diebus quotidie fortiter in toto exercitu oppugnans eam, sed per voluntatem Dei non potuit nocere, & Civitas illa remansit, & inha bitantes in ea

Era 1160. Magna fames fuit in civitate Colimbria, & in tota Portuga lense regione a Thines usque in Tagum.

Era 1163. Infans inclitus Dominus Alfonsus Comes Henrici, & Re gine Tarasia filius, D. Alfonsi nepos, habens aetatis annos fere quatuordecim, a qua sedem Zamorensis, ab altario Sancti Saluatoris ipse sibi manu propria sumpsit militaria arma ab altari, & ibidem in altari in dutus est & accinctus militaribus armis, sicut moris est Regibus facere in die sancto Pentecostes. Induit verose loricae sicut Lygas, qui mag nus erat corpore, & succinxit se armis bellicis suis, in praesens similis factus leoni uno peribus suis, & sicut catulus leonis rugiens in vena tione. Fuit namque vir in armis strenuus, lingua eruditus. De hoc autem viro tanto tanque inclito fieri digne quis poterit? Nemo. Fuit namque vir armis strenuus, lingua eruditus, prudentissimus in operibus suis, clarus ingenio, corporis decorus, pulcher aspectus, & visu desiderabilis, totus in fide Christi Catholicus, erga cultores religionis supplex, multumque benevolus, ac desolus, proterat totum Portugalle gladio suo, adiecit Regnum, & dilatavit Dominus per eum fines Christianorum, & auxit terminos suae cum populorum a flumine Alendeco, qui descendit iuxta muros Colimbria usque ad fluvium de Alquivis, qui vadit per Hispalim civitatem, & usque ad Mare Magnum, & Mare Mediterraneum. Qualiter autem Regnum sit adie plus, Castella, & munitiones quas ibi fecit, sed & civitates & Castella que

a Sarracenis accepit breuiter annotabimus, nam praeterea quae gessit nemo poterat annotare, fuerunt namque multa et innumerabilia non solum cum Paganis, sed etiam cum Christianis, quinimum inuidentes ei volebant diripere et inuadere Regnum eius, in omnibus quidem superans, et semper victor existens, et de omnibus triumphantis diuina clementia semper adiuuus.

Era 1166. mense Junio infesto Sancti Iohannis Baptista Infans inobediens Donnus Alfonsus Comes Henrici, et Regina Tarasia filius, magni imperatoris Hispaniae Domini Alfonsi nepos Domino auxiliante et diuina clementia et propitiante studio et labore suo magis, quam parentum voluntate, aut iuuamine adeptus est Regnum Portugalliae in manus sua. Siquidem mortuo patre suo Comite Domino Henrico cum adhuc ipse puer esset duorum aut trium annorum, quidam indigni, et alienigenae vendebant Regnum Portugalliae matri eius Reginae Donna Tarasia cui consentiente volens et ipsa superbe regnare loco mariti sui, amoto filio aneudocio Regni. Quam iniuriam valde inhonestam nullatenus ferre valens (erat enim iam grandaeuus aetate, et bona indolis) conuocatis amicis suis et nobilioribus de Portugal, qui cum multis maxime quam matrem eius, vel indignos et exteros natione volebant regnare super se. Commisit cum eis praelium in campo Sancti Mamesti, quod est prope castellum de Vimaranes, et confecti sunt, et deuicti ab eo, et fugerunt a facie eius, et comprehendit eos, obtinuit ipse principatum, et Monarchiam Regni Portugalliae.

Era 1168. Obijt Regina Donna Tarasia mater Domni Alfonsi Calen. Nouembrii anno secundo Regni.

Era 1169. Vermudus Petri gener Regine Donna Tarasia voluit rebellionem facere in Castello Sore. Sed non valuit, quia idem Infans cognoscens occurrit ei cum militibus suis, et occidit eum de Castello.

Era 1170. idem Rex cepit edificare monasterium Sanctae Crucis in suburbio Colimbria, et pontem fluminis iuxta ciuitatem anno Regni sui quarto.

Era 1173. Quarto Idus Decembris praedictus Rex Donnus Alfonsus cepit edificare castellum Leirena anno Regni sui septimo, videns enim

frequentes incursiones, & depredationes quae fiebant per campum Colimbria, & frenari eos volens in manu forti, & brachio extento quasi ius locum idoneum, & munitionem Regni sui, & aptam ad detrimentum inimicorum suorum, inuenit itaque montem illum in loco vasta solitudinis in confinio Sancta rem & Colimbria positum, distans quibusdam a castello Sanctorem quadraginta de Colimbria vero fere quinquaginta milliariibus. Ibi primo edificauit castellum, & collocauit ibi habitantes in eo, & praefecit illis quendam militem strenuum nomine Pelagium Guterris, ab illo ergo virtus & audacia Sarracenorum cepit infirmari, quia uidebant quidem alterum Scipionem Africanum qui eos ualde opprimeret, & affligeret, & reuigeret uelut palteam in uirtute arce.

Era 1175. euenit infortunium super Christianos in Tomar.

Era 1177. Octauo Calendas Augusti in festiuitate Sancti Jacobi anno Regni sui undecimo. Idem Rex Donnus Alfonsus magnum bellum commisit cum Rege Sarracenorum nomine Esmar in loco qui uocatur Aulic. Ille namque Rex Sarracenorum cognita uirtute, & audacia Regis Donni Alfonsi, & uidentem eum frequenter intrare in terram Sarracenorum, & de praeda ri, nimirum quod auferere suam regionem, uoluit si facere posset ut eum incautam, & imparatum allicubi inueniret, ut eum eo gereret bellum, quadam itaque vice cum Rex D. Alfonsus cum suo exercitu intraret portum Sarracenorum, & esset in corde terra eorum, Esmar Rex Sarracenorum congregata in sinu multa manu Sarracenorum transmarinarum quos secum adduxerat, & eorum qui morabantur circa mare a termino Sivite, & de Badajoz, & de Eluas, & de Elbora, & de Begia, & de omnibus castellis usque Sanctorem uenerunt ei obuiam, ut pugnaret cum eo, confidens in multitudine uirtutis suae, & sui exercitus, qui erat copiosus, instantium quod mulieres ibi affuerunt Amazonico ritu belliciosas, sicut exitas postea probauit in eis quae ibi occisa inuenta fuerunt, sicut Rex D. Alfonsus esset cum paucis suorum, & esset in quodam promuntorio fixis tentorijs ex omni parte obsessus, & circumballatus est a Sarracenis amane usque ad uesperam, cum uellent irumpere, & inuadere castra Christianorum. Electi milites irruerunt in eos fortiter pugnantes cum eis, expulsi extra castra occiderunt, & diuiserunt eos, quod cum

vidisset Rex Esmar, scilicet virtutes Christianorum, & quod parati erant magis vincere, aut mori, quam fugere, fugit ipse, & omnes qui cum eo erant, omnesque illa multitudo Paganorum partim occisione partim fuga occisa est & dispersa: Rex etiam Esmar illorum superatus per fugam evasit, comprehensusque ibi quodam suo consuprino, & nepote Regis Hali nomine Romar Itagor; & interfectus ex parte sua viris innumeris, & sic D. Alfonso divina se protegente gratia magnum de inimicis obtinuit triumphum, & ex illo tempore fortitudo & audacia Sarracenorum valde infirmata est. Era 1178. anno Regni sui duodecimo, Rex Esmar cognoscens Regem D. Alfonso esse ultra Vimaranes in partibus Gallatie circa Tudem, & esse illuc preoccupatum quibusdam neplis unde facile non poterat excelsari, consilio animatus cuiusdam sui pretoris qui erant in Sanctarem nomine Auzecri, congregata multitudo de Badaioz, & de Elibora & de Sanctarem venerunt subito & ex improviso, & inuasit castellum Lemene & succendit, occisus ibi quibusdam militibus, & alios secum adducens in captivitate, Pelagius etiam Guterri, cuius castellum circa fuerat commissa ibi captus est.

Per idem tempus D. Alfonso imperator filius Comitis Raymundi & Reginae Donna Orace filia Imperatoris magni D. Alfonsi, coadunato omni suo exercitu de castella & de Gallatia, voluit intrare Regnum Portugallie, & venerunt usque ad locum quidam dicitur Valdeues, sed Rex de Portugallia D. Alfonso occurrit eis cum exercitu suo, & obsedit iter per quod ille venire volebat, fixitque tentoria sua, isti ex hac parte, & illi ex altera parte, cumque veniret aliquis ex parte Imperatoris ad ludendum, quod populariter dicunt Bufurdium, statim egrediebantur ex parte Regis Portugallie occurrentes eis, & ludentes cum eis, qui in exercitu comprehenderunt Fernandum Furtado fratrem Imperatoris, & Consulem Ponticum de Ciberica, Veremundum Petri, & Varella filium de Fernando Joannis germanum de Pelagio Curus, & Rodericum Fernandi patrem de Fernando Roderici, & Marinum Kabra consobrinum Consulis D. Pontis, & alios multos qui cum eis venerant. Videns itaque Imperator quod omnia prospera eveniebant Regi de Portugallia, & bona fortuna regibat eum, & quod Deus

adiuuabat eum, sibi autem omnia contingebant aduersa, & quod si amplius cum
eo in malum uoluisset contineri, maiora interim consequerentur detrimenta.
misit pro Archiepiscopo Bracharense D. Iouanne & alijs bonis hominibus,
& rogauerunt eos ut uenirent ad Regem Portugalis ut pacem bonam, &
formarent ea que pacis sunt in perpetuum. Ita factum est, conuenierunt namque
in uno tentorio ab eo pariter Imperator, & Rex Portugalis, & osculati sunt
in uicem, & comederunt, & biberunt in unum, & locuti sunt soli secretius, &
se remeant unusquisque in propria in pace.

Eodem tempore uenerunt quedam naues ex in sperato de partibus Galliarum,
plene armatis uiris uictum habentes ire in Ierusalem, cumque uenissent ad Por-
tum Tige, & inbassent Dorium, audiuit hac Rex, & gauisus est cum eis, erant
enim fere septuaginta, & pace initus cum eis ut irent ad Olixionam ipsi
per mare, & ipse cum exercitu suo per terram, & obsiderent eam, forsitan pla-
ceret Domino ut traderet eam in manibus eorum. Conuentione itaque facta,
ille per mare, & Rex per terram cum exercitu suo uenerunt undique ad Olix-
ionam, & circumdederunt eam, & oppugnauerunt eam, sed non posuerunt
aduersus eam, qui nondum aduenerat tempore ut traderetur in manibus Chri-
stianorum, sed irruerunt sub orbama eius, & demoliti sunt multas uineas, &
succenderunt domos, & fecerunt plagam magnam in terra. Videns itaque
quod non cito, nec per nullum temporis spatium non posset capi, etiam si quo-
tidie foret obfessa, quoniam erat multum referta, & populosa, & tunc satis
abundabat omnibus bonis, reliquorundem eam. Rex cum exercitu suo regressus
est in terram suam, & illi marina nauata abierunt uiam suam, que tendebant
ire in Ierusalem.

Ena 1180. Idem Rex Portugallensium idem Rex D. Alfonso cepit a-
dificare castellum de Germanello anno Regni sui Decimo quarto. Videns namque
habitatores de Colimbria in timore & tremore positos, nec ausos se extendere
ad laborandum per suos terminos Villam Germanello, Aluorge, & Africanis
propter frequentes incursiones, & depredationes, quas ibi quotidie fiebant a
Saracenis, iocundo uisum est ei facere Castellum illud in eadem terra ad securi-
tatem, & munimentum laborantium Christianorum, & detrimentum super-
uenientium laborantium Saracenorum, posuit ibi milites qui custodierunt

illud, & essent tutamento & defensionem Christianorum.

Por idem temporis insurrexerunt Hismaclite aduersum Moabitas. 1. Inde
 lucas aduersus Arabes, & expulserunt eos de ciuitatibus, & de castellis suis, ad
 uenerat namq; iam tempus quo miseretur Dominus populo Christiano, &
 amoueret iras suam ab eis; quam induxerat super eos tempore Regis Roderici
 propter peccata eorum, & induxerat super eos Sarraquos, qui abastarent Chris-
 tianos, & possiderent terram eorum. Nunc autem placatus est Dominus propi-
 tias suo populo Christiano, & auertit indignationem suam ab eis, & immisit gla-
 dium inter Ismaclitas, & Moabitas, & inter Endeluces & Arabes, & diffusa
 relux Regnum eorum, & dissipantur potentia & uirtus eorum, que proba-
 lebant aduersus Christianos. Mortuus namque Henrico Rege, qui Arabes magis
 magis diligebat quam Endeluces & eos eis preponebat, & presecubat, Endeluces
 non valentes sufferre iugum eius, quod graue erat nimis, & impotabile, omnes
 simuliter pari uoto & uno animo concordantes Endeluces insurrexerunt contra
 Arabes, & eiecerunt eos de ciuitatibus, & de castellis, & expulso coegerunt eos
 relinquere Hispaniam, & transire ultra mare, hoc autem operabatur diuina
 clementia, ut fruerent Christianos, & dilatarent terminos eorum. Ex quo
 enim Arabes mare transierant & uenerant in Hispaniam propter peccata
 eorum male se habuerunt Christiani, misit autem Dominus gladium in-
 ter eos, ut desit paretur Regnum eorum, & inualesceret Regnum Christiano-
 rum, qui calidius fuerant conculcati & deminorati. Postquam autem ex-
 pulerant eos, Rex Portugallie, D. Alfonsus uoluntatis eos de uastauit, & depre-
 dabatur terram eorum militum, eos deprimens, & ad nihilum redigens. Sicco
 coacti uenerunt ad eum, & Homagium ei facientes dabant ei tributum, & con-
 sum de ciuitatibus, & de castellis de Sanctarem, & de Vlexbona, & de vicinis suis,
 donec ad completum est tempus quo tradent Dominus ciuitates istas & castella
 in manus Christianorum.

Era 1182. idem Rex Portugallie Donnus Alfonsus cepit edificare Caste-
 llum Leirone in eodem loco quo prius fuerat constructum Decimo sexto Regni
 sui anno.

Era 1183. idem Rex Donnus Alfonsus accepit uxorem Donniam Matil-
 dam Comitis Amidai de Morana filiam, & eam sibi legitimo coniugio copula

ult anno Regni sui decimo septimo genuitque ex ea tres filios et tres filias, quarum
unam postea copularit Regi Legionensium Donno Fernando. s. D. Oracem.
Aliam vero. s. D. Tarasiam misit in uxorem Consuli Flandrensi D.
mortuus est in primeua etate duoque ex his mortui sunt unus solus remansit. s.
D. Martinus cognomento Sancius.

Era 1188. Idem Rex Portugallies D. Alfonso Decimo nono anno Regni sui
nimia audacia et animositate succinctus noctu inuasit castellum de Sanctarem
vigiliter cum paucis suorum, felix Dei auxilio, et vindicauit eum sibi et
Christianitati, interfecit et exclusit inde Sarracenis habitantibus in eo. Hoc a
autem factum est per voluntatem Dei genitricis Idus Martii ad gallicantum
illucescente die Sabba thi. Est in eodem anno. mense Julio. Vnabo nam obsedit,
cui providente ex alto diuina clementia multitudo narium de Galliarum Par
tibus calibus transmissa subito ex insperato aduenit in auxilium, quorum auxi
lio valde felix obsedit cauitatem. per quinq; menses, foratim vexans et oppugnans
eam terra et mari, nullum permittens egredi, vel ingredi. Tandem vero nona
Calendas Nouembris feria. sexta diei hora cepit quietem in manu valida
et in brachio exonso cooperante Domini pietate, et adiuuante Domino Je
su christo, exclusit inde Sarracenis.

Et Per diuersa tempora et annos accepit Sinitiam, et Almaduam, et Al
mellam castella munitissima, et vindicauit ea sibi et Christianitati cum suis.
Eodem tempore accidit quoddam miraculum a Domina prestantissimum et
innum quod operatus est Deus in mundum per sanctos suos Reges antiquos.
nam Rex D. Alfonso cum 60. militibus de Sanctarem nullam habentes
armaturam nisi tantum clypeos et hastas, et gladios sine loriceis, et gale
is, et ferreis calibus felix Dei auxilio, et adiuuante diuina clementia pugnauit
cum 900. militibus Sarracenis bene armatis, et ferro cooperatis, et ad bella de
cliffonis, et cum 40. militibus pedatum bene armatis in campo de Alcazer, et
deuicit eos, et interfecit multos ex eis, et ceteri fugerunt in munitionem.
Ipse quoque ibi lancea vulneratus est a Sarracenis in tibia, quod qualiter ge
geritum sit breuiter narrabo.

Era 1192. Natus est Rex Sancius filius Regis D. Alfonso, et Regine
D. Mathilde in nocte Sancti Maximi feria quinta, ieiunio in baptismo vocatum

223
est nomen eius Martinus, postea cognominatus est Sanchez. Natus est anno
patris sui 26.

Era 1195. mens Septembri obiit D. Alfonso Imperator, filius Comitis D.
Raymundi, et Regina D. Orroca.

Era 1196. Tertio Non. Decembris feria quarta, hora tertia obiit femula
Dni Illustrissima, clarissima, et nobilissimo genere orta Regina D. Mathildia
clarissimi Comitis Amadaei filia, uxor D. Alfonsi Portugallensium Regis, cui
sic uera requies Amen. 30. anno Regni Regis D. Alfonsi.

Era 1196. Septimo Calend. Julij, feria 2. indii Sancti Iohannis Baptiste cap
tum fuit Castellum de Alacer a Rege D. Alfonsi. Iam quidem prius obsi
derat eum perditas vias aditus multitudine nauium que aduenissent de
partibus Aquilonis, i. de Francia, et finitimis eius partibus, sed nondum auer
terat miseraciones suas ab eis, nunc uero iam completa erat malitia, et iniqui
tas eorum, et auerit faciem suam ab eis, et tradidit eos in manus Christiano
rum. Obsedit autem eum Rex D. Alfonso tantummodo cum exercitu suo, et
re perditas mansit quoad appugnans eum fortiter, et tradidit eum dñi Domi
nus Indii S. Iohannis Baptiste, eisdem inae omnibus Saracenis una Regni
eius 33.

Era 1200. Pradie Calend. Decembris in nocte Sancti Andrei Apostoli ciuitas P
Pacce, i. Begia, ab hominibus Regis Portugallis D. Alfonsi uidelicet Fernando
Gonsalui, et quibusdam alijs pleris militibus noctu inuaditur, et uiriliter a
pitor, et a Christianis possidetur anno Regni eius 39.

Era 1204. Ciuitas Elbora capta, et de preda, et nocte ingressa a Gualdo cap
no marato sine pauore, et latronibus suis eius, et tradidit eam Regi D. Alfonsi
et post paululum ipse Rex cepit Mauram, et Serpam, et Alconchel, et Coluch
castrum mandauit reedificari anno Regni eius 39.

Era 1206. Factum est infortunium Regis D. Alfonsi, et sui exercitus in Badaloz
anno 41 regni eius.

Era 1209. Mense Augusto natus fuit Rex Alfonso filius Regis Ferdinand, et
Regina D. Orroca nepos Regis Portugallis D. Alfonsi.

Era 1212. nupsit Rex Sanchez cum filia D. Raymundi Comitis de barinonia D.
Dulcia sorore Regis Aragonensium D. Alfonsi anno Regni Patris eius 43.

Era 1216. Rex Sancius perrexit ad Hispalim cum exercitu suo, & inbrauit In
anam antiquam urbem Sibilie, & dirupit muros eius, & de pradatus est eam
anno Regni patris sui 41.

Era 1217. mense octobri venit Iacobus filius Elmunimo Imperatoris Sa
macionum, & frater eius Brocem ad Castellum de Ablantes cum multitu
dine magna seu exercitus quam dinumerari nemo poterat, & circūde derūt
illud, illud inuigere secum detrimento maximo sui exercitus & alii recesserunt inde p
peremptis caecis multis millibus. Christianorum in propria obsidione per vo
luntatem Dei non sunt interfecti nisi nouem tantummodo. Factum est autem hoc
anno Regni Regis D. Alfonsi 52.

Era 1218. Iterum venient ex improviso & de insperato ad Castellum de
Coluchi, & occupantes diruerunt illud, interfectis, & in captiuitatem reductis
omnibus habitatoribus eius, 53. anno regni eius.

Era 1222. anno Regni sui Regis Portug. D. Alfonsi Iucepti Aben Jacob E
mir Elmunimo secundus Imperator Sarracenorum, filius de Ali Abelmui
nen, qui dicitur est Rex de asino, propterea quod in asino semper de ambulans
proprietaria, & semper ab omni populo putabatur, anno regni sui 32. Postquam sub
iugauerat sibi transmarina Regna, & inuaserat maximas regiones ultra ma
re. s. Capza & Numera que fuerunt Regis Ali, & iterum regnum de Marraco,
& cibamare totum regnum quod tenuerat Rex Supus. s. Valenciam, Murci
am, & Granatam, & reliquas ciuitates & Castella que fuerant Regis Supi
videns quod nemo erat qui Orientales partes qui ei posset resistere, & quod te
mor eius inuaserat omnes gentes etiam usque ad Orientales partes, & uentura
est ex eius, & cogitauit venire in Hispaniam, & comprehendere Ciuitates &
Castella, que aliquando fuerant a Sarracenis possessa videlicet Vlixbonam,
Suntiam, Santarem, Elboram, Alcazer, & omnia alia Castella, vel venire Colon
briam, sic denique subiugata sibi tota Lusitania usque Dorium, ascendens per
ripam fluminis Dorij perueniret usque Tolitum, nec desineret ab hac re, & ad
hoc facto, et si Rex Francie, & Rex Anglia, & Rex Aragonum, & Rex Castelle
& Rex Galatie & Rex Portugallis pariter conuenirent, & pugnarent. Quantū
cumque hac secum permeditans, & amici consiliarib, & principibus suis se prope
percablans, misit nuncios ad omnes Reges qui ultra mare erant, & ad omnia

Regna terrarum transmarina, ut omnes venirent, s. in auxilium & non auerent omnes, & subuenirent ad faciendam maximam mercedem ad adolendam Christianitatem, & exaltandam, & glorificandam suam gentilitatem, promittens omnibus qui ad eum venirent victualia, & annonam, & omnia necessaria in vinum annis sufficienter & abundantiter daturon se eis. Quod audientes omnes exopto toto suo exercitu de Marracos, conuenerunt ad eum exercitus de Cumis, exercitus de Tazart, & exercitus de Gama, exercitus de Conhiza, exercitus de Vmairon, exercitus de Vinchuhialgar, exercitus de Cheniome, exercitus de Hala, exercitus de Hefora, exercitus de Honchiega, exercitus de Hargia, exercitus de Honchiegar, & de multis alijs terris & prouincijs quas non possum numerare, Sed & alius exercitus magnus, & fortis nimis conductus, qui venit ad eum in auxilium, sicut Reges mudea, Rex Tezou de Abderraheme, Rex Abum frater eius, Rex Hecie Abom Mada, Rex Abulach, Rex Ymae & Abonucef frater eius, & Abderramen Rex Zul, & Zolima, & Aburabe Rex de Chedala, & Rex de Bugia omnes isti de ultra mari naues quoque multas bellicas preparauit & oneratas portantes arma & frumenta & machinas ad sufficiensum munit & ad consulendum eos, misit etiam literas & nuncios ad filios suos, qui erant citramari videlicet ad Abuzacii, qui erat Rex Sibilis, & Abduca Abudime, qui erat Rex de Corduba, & Abdarrama Abubeide, qui erat Rex de Crinata, & ad Camu, qui erat Rex de Murcia & de Valentia, ut omnes prepararent se in praelium, & quod die ipse mare transnauigaret, & veniret Sibiliam, omnes pariter conuenient ad eum, & statuit illis tempus & mensem, Cumque omnia parata essent, & sui totus exercitus de diuersis profuturus, & naues preparatae, & omnis exercitus de diuersis partibus conuenientum pariter esset conglobatus, ipse Imperator Sarracenorum Emerdunimo Iucef AbenJacob ascensis nauibus cum suo omni exercitu transnauigauit mare, & venit Sibiliam, Jacob quoque AbenIucef filius eius qui post eum regnaturus erat, cui ipse post mortem suam relinquebat totum imperium, venit cum eo alius filius eius Abozabz qui erat Rex, fecit & de Aluarus & dominum de omnibus Arabibus vendi cum eo, cumque conglobati essent omnes in Sibilis, videlicet qui erant de ultra mari, & hi qui conuenierant ad eum de ultra mari. Noluit ibi diutius morari, sed statim struxit castra, amens ne Christiani audito reuere etiam prepararent ciuitates suas & castella ad resistendum

noluit itaq; domos spatium ut muros instaurarent, alimenta praepararent, aut
machinas edificarent, sed veniebant valde velociter, veniebant autem in mul-
titudine graui, et innumerabiles sicut stellas Caeli et ultra arenam maris quae
numerari non potest praemultitudine, ut forebatur. Ipse Imperator Emirelmu-
mini rescripsit annales libros omnium Regum Sarracenorum, qui fuerant an-
te ipsum, et uenerunt in Hispaniam ab eo tempore quo primus ingressus fuit
in Hispaniam, et multos debastarent eam, et innumerato maximo exerci-
tullorum qui inuasent Hispaniam usque ad Alpes, ipse multo maiorem se-
cum ferebat exercitum 78. millia virorum plus secum adduxerat, erat autem
exercitus magnus valde, et fortis occupans montes, et ualles, et inuersionem
superficiem terrae, cuius numerum ille solus Deus dinumerare poterat qui plu-
ra uisitas dinumerare potest.

Memoria notabilis circa exord. Regalis
Cænobij. S. Ioannis de Tarouca & de alijs
rebus Rebus Regni Lusitaniae, desumpta
ex Apendice 3.ª partis Monarchiae Lusit. a
Doct. Antony Brandasnis.

Archius de S. Iu.
de Tarouca

Ne facta memorabilia ab hominum memoria decidant, inuentum est
scriptura remedium, idcirco nos fratres S. Ioannis de Tarouca memo-
rauimus omnia quae nobis acciderunt in primordio nostro. Cum enim
beneficio boni uiri Abbatis Ioannis Cirita uicaria seram de Masum sane
ditas et bonitas splendesceret, accidit ut ministerio Dei omnipotentis
uenerent octo fratres, quorum caput erat Beremundus, alter Aldebertus,
tertius Ioannes, 4. Bernardus, 5. Albericus, 6. Sifinandus, 7. Rolan-
dus, 8. Manus, qui a P. nostro Bernardo tunc Claraualense Abbate
missi, supradictum Abbatem in uia uixt Samicum inuenerunt, cum
quo summe letate epistolam presentem dederunt. Venerabili fratri
Deo dilecto, et in uia socii huius comitioni nostro Ioanni Cirita Ber-

229

nar dñs Abbat̃ dñs de Claraualle, salutem in Domino semper
feruam. Permutente Patre miserationum, et Deo totius consola
tionis, qui non sinit animas peccatorum in eternum bara
strum demergi, sciuimus de fraternitate tua, quo pacto a sidiis
orationibus pedes Dominicum pro peccatorum venia pul
sare non sinis, et qui vir desideriorum es, adimpleuit. Domi
nus desiderium tuum dum nobis aperuit exauderi de preca
tiones tuas, et nos qui in eadem voluntate societatem tuam se
quimur nihilimus hos filios tuos, quos lacte sanctissime doctrine Do
mino nutruimus, ut quocunque miseralio diuina desposuerit, et
signam celeste micauerit, monasterium condatis, cuius tu dum ad
uixeris, tanquam pator, et ceterorum signifer, pateris, et sub in
uocatione S. Ioannis, etiam et Massimo, qui sic voluit, consecrabit,
fraternitatem tuam seruet Dominus, et in melius augeat. Perlee
sta litora quam fratres adduxerunt in ter Vuimaranet viri hanc
residebat bonus princeps Alfonsus Portugalsium Rex, a quo Abbas
Ioannes postulauit locum in quo Monasterium conduceret, et Prin
ceps supradictus dedit ei, et monachis qui cum eo ibant supra
dictam chartam, et cautam. Alfonsus gloriosissimus Princeps, et Dei
gratia Portugalsium Rex, Comes Henrica, et Regine Tana
sie filius, magne quoque Alphonso nepos pro remedio anime mee,
et parentum meorum facio vobis Abbati Ioanni, et fratribus qui
vobiscum sunt chartam, et cautam, ne quis vos impediatur e
unat, et edificandi monasterium Ordinis Sancti Benedicti
sub noua reformatione, tali pacto, ut solum vobis feceritis sit nos
stri domini, et si aliter fuerit ematur nostris expensis. Et si a
liquis de vassalis nostris, vel militibus contra hoc venerit, sit ma
ledictus a Deo, et in inferno damnatus. Facta a Charta Caucia
pud Vuimaranet, Cal. Octobris, Era M. C. LXXXVII. Ego supra An. 1149.
dictus Rex hanc chartam proprijs manibus reboro. In isto enuto
suo accepto rediunt iuxta fluum Barosa, et inde iue montis
construunt sacellum, ubi per aliquot dies permanserunt in oratione

Dei sperantes misericordiam suam, ut opere adimpleret quod promi-
serat seruo suo Bernardo, & quadam nocte die 29. Aprilis. frater Be-
mundus dum calum respicit, mirantem radium in imo vallis ax-
ta fluvium conspicit. Et sic per septem alias noctes mirantibus reliquis,
qui vocati ab ipso eundem radium videbant; & credentes quod hoc
erat signum ostensum a Deo, ut monasterium construerent, scribunt
omnia Abbati Joanni, qui tunc erat in Romitorio de Sasum. Venera-
bili patri Joanni Cirite Boemundus, & reliqui qui eum eo sunt salu-
tem. Noueritis miseratione diuina sic disponente, signum mirabile
indignis oculis conspexisse non solum ego, sed & nos omnes quos in hoc
loco reliquistis, & quia duodecim eam transierunt noctes post qua
illa primitus vidimus, & a patre nostro qui nos huc direxit simile
prodigium audiimus, ideo visum est hoc sibi eis referre, ne forte
existat. Altissimus faciat monasterium stabilire. Valeat paterni-
tas tua & heredes apud Deum commendatos habere. Ad hanc epis-
tolam quam non sine lacrymis legit preclarus Abbas Joannes res-
pondit hoc modo. Dilectissimi fratres qui sunt in Romitorio su-
pra fluvium Barosa ad montem curuum, Joannes indignus seruus
Christi in Salvatore mundi perpetuam salutem Misericordiam Domi-
ni in eternum cantabo, quam dignatus est ostendere super seruos
suos. Fiduciam habete, & credite verbum magistri vestri, quia secun-
dum ea appropinquat dies gaudij vestri, & ne falsis ostensionibus
seducamini, in nixte obseruate, & cum lacrymis petite a Domino uni-
uersoriam, ut signum istud iterum dignetur ostendere, & quo loco post
missarum celebrationem claritatem, videritis, signate, & circum ualate vi-
uere, Domino adiuuante, monasterium construamus. Seruat nos serua-
tor omnium, & in sanctis orationibus vestris veniam postulate pro pecca-
tis meis. His transactis dum fratres obtemperant Abbati Joanni, iterum
lux micat in pristino loco, quem fratres diligenter consignauerunt, & re-
claruit, & paucis post diebus venit Abbas, & cum esset in oratione appa-
rit semel lux, & ipse profectus ad Viminianes, non inuenit Dominum.
Regem, qui erat in Brachara, & ipsi profecti adiuuunt illum, atque dixerunt.

Domine per vestram voluntatem abiimus, & in terra vestra sunt
 quatuor menses, postquam fecimus vnum Romitorioum supra flui-
 um Barosa, sed Dominus non iuxta verba Patris nostri Bernar-
 di Abbatis de Claraville ostendit nobis alium locum in quem tran-
 seamus, volumus de Celsitudine tua facultatem, vt possimus mona-
 steriorum ibi construere, & nos orabimus pro te, & pro parentibus tuis,
 & ipse Rex fecit illis bonam acolthensam, & de dit eis facultatem cons-
 truen di monasterium, & ipse venerunt, & ceperunt facere, & Egar
 Meniz pro adiutorio, & seruicio Dei dedit illis septuaginta marabiti-
 nos auri, & ipse Rex dedit septuaginta quatuor frismos de mon-
 to, vt facerent seruicia tua ~~et~~ Ecclesie. Post paucos dies Mau-
 ri venerunt, & de populauerunt Francosum, & ipse Rex cum suis
 cohortibus venit per Samecum, & transibat iuxta Barosam, &
 recordatus est fratrum qui orant in illis locis, & iuxta cum bonis ho-
 minibus videre locum de sua viuenda, & cum inuenisset eos pau-
 peres & viuentes in tuguriis, compassus est de illis, & rogauit
 vt mitterent cum eo fratrem Aldiborium, vt oraret Dominum pro
 sua hoste, & miserunt eum, & vnam crucem, & vnum calicem
 vt celebraret ea, quia sacerdos erat. Et dum bellum committeret, &
 ipse oraret, Rex vicit Mauros, & vicit Francosum, sed in bello ami-
 sit crucem quam habebat de Monasterio, & consecutus est per suas
 orationes multa alia bona, & vt satis faceret ille suis fratribus,
 & Domino Deo, promisit adificare monasterium, & dum rediret
 vicit istorum per Dei adiutorium, & bonis orationibus Aldibori
 magnam multitudinem Sarrazenorum, propter quod venit in hume-
 locum, & adstantibus fratribus, Ioannes Cnita, & alij multi cum e-
 piscopo Bracharenf. Samecen. ipse Rex primum laudem iecit,
 acclamantibus militibus, & cohortibus suis, & dedit Abbati Iohanni
 culum, cuius tenor talis est.

In nomine Sancte, & Individua Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus
 Sancti, Trinitas indiuisa quae nunquam erit finienda, sed permanens
 per infinita seculorum secula, Amen. Iacinto ego Rex Alfonso Comitis A

Henrici, & Reginae Dometastie filius, atque bona memoria magni
 Alfonsi Imperatoris Hispanie nepos, in honore Domini nostri Iesu Chris-
 ti, & Beati Iohannis Baptistae, & pro remedio anime, & parentum
 meorum, & pro viribus Abbate Domino Iohanne Cirita una cum fratribus
 vestris regulam B. Benedicti tenentibus, atque successoribus vestris, qui
 in vita sancta perseverauerint. Facis caulem ad ipsum monasterium S.
 Iohannis de Tarauca. Sunt autem termini istius cauli ab oriente peri-
 llum fontem, & inde perillam estradam de Paredes siccas, & quomodo
 discurrunt aquae de illo monte de Sauto redondo, & quomodo
 diuidit cum Villa plana, aqua discurrente ad caulem, & inde
 ad illam focem de Traluuta, & inter peracumina montes Trufine-
 tra, & perillum Caruallicum de illa proua, & inde per ubi intrat ip-
 sum fontanum in Barosa, & inde per illum auctorium de Armata
 & inde perillam montem de Pineiro usque ad fontem vni quini-
 tus inchoauimus, Si autem aliquis tunc de extraneis quam de pro-
 pinguis hoc factum meum corrumpere voluerit, imprimis sit ma-
 ledictus, & excommunicatus, & cum Iuda traditore in Inferno de-
 mnatus, & insuper Regia potestate persolvat quod labor utilitatis
 praecipit, id est 500. solidos. Facta caria istius cauli mense Junij Era-
 M. C. LXXXVIII.

Anno 1150.

Ego Alfonsus hac scriptam concedo & propria manu roboro.	Fernandus Capitanus conf.
Iohannes Bratharensis episcopus Archiep.	Egas Curia Dapifer conf.
conf.	Garcias Menendaz Alferez conf.
Petrus Portug. Episcop. conf.	Menendaz Niloniz conf.
Bernardus Colimbr. Episcop. conf.	Alfonsus Venegas conf.
Comes Rodericus conf.	Petrus alt. Saurio test. Menoniz.
Fernandus Petrus Fioratus conf.	Petrus Cancellarius Regeneratus.

Videntes fratres bonum statum sui Monasterii, elegerunt in Abbatem ipsum
 Aladoniam perdiscessum Boemundae, qui in vita sancta discesserat, Episcopus
 Abbas claruit miraculis, & dedit habitum ordinis nostri Iohanni Cirite, qui
 suos fratres in Remitorio de Alafum commorantes, sub eadem Regula, &

reformatione constituit, & in ea sanctissime vixit, ut scripsimus in
volumine magno.

Diploma Regis Ferdinandi Legionensis. concessum in fauorem Monasterij Alcobacæ.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen. Regie. maiestatis officio
esse dignoscimus sancta loca, & religiosas personas diligere ac venera
ri. Eas largis ditare muneribus, ut dando terrena adipisci me
ratur aeterna. Ea propter ego D. Fernandus Dei gratia Hispania
rum Rex recipio in protectione, & defensione mea omnes res mona
sterij de Alcobaca, videlicet mercaturas, & equitaturas, & uniuersam
pecuniam supradicti monasterij, & mando quod in toto Regno
meo nullus sit ausus pedagium siue de rebus, vel de mercaturis suis acci
pere. Quicumque igitur de cetero portaticum in aliqua parte Regni mei
teribus, vel de mercaturis iam dicti monasterij acciperit, iram Dei omni
potentis, & Regis indignationem incurrat, & cum Iuda traditore Do
mini in inferno sit damnatus, & pro temerario ausu parci Regis mille
morabinos persoluat, & quod inualerit quadruplum reddat, & hoc
scriptum semper maneat firmum. Facta carta apud Zamoram mense
Aprilis, Era millesima CCXII. regnante Rege D. Fernando Legionense, Año 1174
Extremadura, Galicia, & Asturij.

Escrito original
del Monasterio de
Alcobaca. Tom
bien esta en el li
bro 1. de los dora
dorafol. 19. pag. 2.

+ vel collam inu
riam, seu violentia
in illis ad m. mona
sterio fuerit.

Ego D. Fernandus Dei gratia Hispaniarum Rex una cum uxore mea Re
gina Donna Urraca, & cum filio Rege Donno Alfonso hoc scriptum quod
fieri iussi proprio robore confirmo.

Ego D. Alfonso Rex hanc cartam patris mei robore, & sigilli mei mun
imine confirmo

Petrus Dei gratia Compostellanus Archiepiscopus confirmat. Iohannes Legion.
conf. Iohannes Lucen. conf. Beltranus Tudensis conf. Alfonso Avionensis e
leches conf. Fernandus Rodricus tenens curtes Legionis conf. Comes Ho
mes de Castell. dominans in monte Doso conf. Comes Gomes de Gall. in Tra
samar conf. Aluarius Rodricus domini Regis Maior domus, conf. Ombrodes

Conto. Signifer Regis conf. Fernandus Dei gratia Hispaniarum Rex
Ego Petrus Joan. Regis Notarius scripsi.

Diploma Regis Ferdinandi et Isabellae
cancellum intercom. Managly. H. H. H. H.

[The following text is extremely faint and largely illegible due to fading and bleed-through from the reverse side of the page. It appears to be a formal decree or diploma.]

CHRONICON

Desde el año de 1506. hasta el de 1544.

1888

El Ayuntamiento de Madrid